

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Leges Universitatis Rostochiensis Quae bis quotannis publice paeleguntur,
Autoritate Rectoris & Concilii Civibus Academicis, cum primis Studiosae
Iuventuti, ad Continuam commonefactionem & evitandum perjurium Die VI. Maii.
Anno M.DC.LXII. P. Propositae**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742695190>

Druck Freier  Zugang



N. l. - 157 (7.)

N. l. - 157 (7.)

1. In nomine Domini ... Gloriosus ... Salut...
 (nos consilibus et universitate in Rostock Sylvam grandam ... liberaliter
 contulimus ...) Dat. et act. Rostock 1423.
- 1^a. Abt. Giusvict. n. J. B. Justege to Mechel. ... bspurum ...
 [Zoll-privilegium gen. Rostock u. Wismar u. Nienburg u. Joal. 1476]
- 1^b. Bulla fundationis Acad. Rost. (Rost) 1653.
- 1^c. Originalis Abdruck Formular concordie, v. A. 1563, d. 11 Maij ...
 sojen der Universität getroffen. Rost. 1653.
- 1^d. ... Leges Universitatis Rostoch. quae hīs quotannis publ. praeleguntur
 .. d. 11 Maij s. t. 1662 p. prop. Rostochii, s.a.
- 1^e. Ferdinandi imp. confirmatio
 Act. Rost. v. 1653.
 Rostochii s.a.
- 1^f. Raffr. 4^o Bürgermeister
 ut. S. und d. Bürgerschaft
 zu den Mittelpfaden
 Rostock ... getroff. Verordnung
 5. Jul. 1820. Rost. s.a.
2. f. f. R. ... Criminal-Gerichts-Ordnung. Blatt. 4. 24 Nov. 1830. R. 1830.
3. Bekanntmachung der in Rost. erhöft. Verfolgungs-Pontium. (1831.)
- 3^a. 3^b. Verfolgungs-Pontium. Ordnung. Plan. (1831)
4. Hier Bürgermeisterei v. Raffr. s. R. Rost. verordnet. v. z. Prüfung d. an-
 gebrachten Haudeplante v. Ma. Trifffur. .. (1833)
5. Reglement für die in Rost. einzuhaltenden Römer-Wakler
 von f. f. R. ... publ. 22 Dec. 1832.
6. Rostocker Lin-Brue. Ordnung. 1833. Rost. s.a.
- 6^a. Verfassung der Gilde-Handwerker zu Rost. 1834.
- 6^b. Privilegium der Mitglieder v. z. f. G. 1836. 38. 39.
7. Römer-Ampel. M. Capparini - Prift in Rostock. (1835.)
8. [Urk. dat. Lootzhausen gen. Wismarinde. 1835.]



9. [Regulation für d. freig. Studierende. 1835.]
10. [Regulation d. für Armen-Appell zu den Städten des Reiches. 1835.]
- 10^{1/2}. [46. Armengele. Beilage d. Rost. Just. 1835.]
11. Statuten des Universit. der Provinzierung d. N. R. 1836.
12. Zur Drostenwirt v. Rostock. - Bericht. 1838.
13. [Verordnung zwg. d. Norwegen u. Kariffing. 1836.]
14. f. f. R. Verordnung das Terminationssatzung betrifft. Rost. 1836.
15. Rostocker Linie Brug.-Ordnung. 1836.
16. [Zur Baudisziplinordnung. 1837.]
17. [Über die auf dem Anpfahl an d. Gross. Criminal-Collegium der Marz erzielbaren Massen. 1837.]
18. Allmäßige bestätigte Statuten des Gewerbe-Vereins. Rost. 1836.
19. 20. 1. 2. Drostenwirt d. Gen. Vereins 1836-37.
- 20^{1/2}. Brug. d. Mitgli. d. Gen. Vere. 1837.
- 21^{1/2}. 22. 3. 4. zur Drostenwirt. d. Gen. Vere. 1838-39.
- 21^{1/2}. Brug. d. Mitgli. d. Gen. Vere. 1838.
23. Statuten des Union zu Rost. 1837.
24. Convoitorium-Ordnung für d. Grossen. Universität. Rost. 1837.
25. Pipendien-Ordnung für d. Landes-Universität. Rost. 1837.
26. Rez. Davif d. jas. sog. Stamm-Zollab. Rost. 1838.
27. Vicelgular-Statuten f. d. Studierenden auf d. Landes-Universit. Ausl. Rück. Rost. 1838.
28. f. f. R. ... Verordnung betrifft. d. Feuerwehr-Eröffnung u. d. Heftsmittel in Criminalgerichten. Rost. 1839.
29. Statuten f. d. öffentl. - offizielle Hausmeister auf der Universität (1839).
30. Filialpost mit Präzisions-Ausstellung .. 1839.
31. [Verordnung betr. Leichenöffnung.] 1839.
32. [Verordnung betr. Gruftsteine.] 1839.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI

L E G E S
VNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS

Quæ bis quotannis publicè præleguntur,
Autoritate

RECTORIS & CONCILII

Civibus Academicis, cumpri-
mis Studiosæ Juventuti, ad Conti-
nuam commonefactionem &
evitandum perjurium

Die VI. Maij. Anno M. DC. LXII.

P. Propositæ.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Uum initium sapi-
entiae, omnisq; ad-
eo felicitatis sit Ti-
mor Domini, ge-
neralia hæc juxta
ductum divinæ Legis præmit-
timus.

I. ut D E U M seriò revereamini , &
omnibus pietatis officiis colatis. Fa-
cere vos id ex eo inter alia constabit,
si studia laboresq; vestros manè sur-
gentes à precibus lectioneq; Sacrorum
Bibliorum auspicabimini, & cubitum
concessuri , precibus , unius item atq;
alterius ex sacro Codice Capitis lectio-
ne finiveritis.

II. Severe

116.

II. Severè prohibem⁹, ne nomine Domini abutamini in Epicureis sermonibus spargendis, falsis dogmatibus defendendis, vel in præstigiis & incantationibus, aut execrationibus & perjuriis. Nec scandalis doctrinæ vel morum professionē vestram deformate, ne nomen Domini propter vos malè audiat.

III. Quos DEUS ipse Sabbathi Dies, sacris actionibus peculiariter destinavit, non turpi otio, aut ludis, aut comeditionibus, aut laboribus, qui à Ministerio publico homines abducant, transigite: sed publicis concionibus audiendis, precibus & gratiarum actionibus tribuite. Ab omnibus negotiis quibus prophanari dies Dominicus possit, in sacrâ cum primis æde, abstinetе, Loca sacra reverenter habete.

IV. Magistratui Academicō, Parentibus, Præceptoribus, fidelibus Verbi Divini Ministris (ex quibus unusquisq; certum

A 2 sibi

sibi Confessionarium eliget, electumq;
Rectori nominabit) subjectionem, obe-
dientiam, gratitudinem, reverentiam,
debitam præstate; Legibus, Edictis &
Programmatibus publicis, quid sive
faciendum sive omittendum præscri-
bentibus, obtemperat.

V. Quia DEUS Magistratui mandavit, ut
sibi subjectos certis Legibus constrin-
gat, quibus singulos in suo officio con-
tineat, & suæ Reipubl: bonum conser-
vet & promoveat, nec, qui ante fuit
Academiæ Magistratus, nec, qui nūc est
hic suo deesse officio voluit; Sed & olim
& proximè in Reipubl: hujus literariæ
commodum, suis subditis partim spe-
cialia monita inculcavit, partim Leges
præscripsit, quarum omnium & singu-
larum obedientiam seriò singulis im-
perat.

(i) Constitutum est ut in hac Urbe Rosto-
chensi unum sit Academiæ Corpus,
Con-

Constans ex quatuor Facultatū, Theologīæ, Jurisprudentiæ, artis Medicæ, & Philosophiæ Collegiis, cuius corporis unum Caput sit Rector Academiæ, habens in omnia Universitatis membra peculiarem & distinctam à Senatu Urbi^z Jurisdictionem, juxta normam privilegii fundationis & Academiæ Leges.

(2) Rector Academiæ, nomina eorum, qui ad Academiæ Jurisdictionē pertinent, in publico Libro perscripta teneat: Qui cunq; igitur in Urbem venerit, & Academiæ membrum esse volet, inscriptiōnem ultra dies octo post suum in hanc Urbem ingressum, ne differat: sed nō men suum apud Rectorem edat, vel si jam antea inscriptio peractasit, nihilo minus intra Octiduum illam, exhibito inscriptionis documento, ostendat, & jurejurando promittat, se Magistratui, & Legibus Academiæ parere, & imprimis nervos Jurisdictionis nostræ in-

A 3

vadimo-

z

vadimonio non deferendo, & præstan-
da sententiis Judicii obedientia reve-
»renter tueri velle; Inscriptus præter or-
»dinarium honorarium, ad conservatio-
»nem fisci pauperum studiosorum libe-
»raliter contribuat. Quare, cum hujus
Juramenti vi, (in quo Deo teste invoca-
to, obedientiam promittitis, tum cœ-
teris in rebus honestis, tum verò nomi-
natim, si Jussu Rectoris in Judicium vo-
cemini, vel propter delictum aliquod
ex hac Urbe intra certum diem disce-
dere jubeamini) Rectori parere tenea-
»mini: Scitote perjuros voscenseri, si
»citati in Judicium non compareatis,
»sententiæ Rectoris parere detrectetis,
»vel Arresto detenti sine consensu ejusdē
»discesseritis.

(3) Nemo Professorum, Doctorum & Ma-
gistrorum ultra octiduum in habitatio-
ne aut convictu, non inscriptum deti-
nere, multo minus ad gradum aliquem
officii

officii vel dignitatis in quacunq; Facultate promovere audeat sub poena in legibus specialibus expressa.

(4) Cum multi Studiosi, qui nomen apud Rectorem professi sunt, saltem Titulo se Studiosos mentiantur, & quod Studio-forum est, planè intermittant, Lectio-nes publicas non audiant, declamatio-num & disputationum Exercitiis non vacent: sed omne tempus otio, compo-tationibus, alex, tribuant, si ejusmodi quos deprehenderimus, his significa-mus nos eorum desidiam, & Studiosis indignam Vitam Parentibus, Patronis, Tutoribus per literas aperturos, & ut hinc suos avocent, illos monituros, vel, si hac viâ nihil profecerimus, eos ad Pa-rentes vel in Patriam relegatueros.

(5) Ab iis qui verè Studiosie esse, & per Aca-demiam promoveri volent, paternè & serio requirimus, ut literas diligenter privatim tractent, publicè priva-timq;

timq; eos, quos ipsis DEUS Præceptores dedit, audiant, declamationum & disputationum Exercitiis, quos in studiis progressus fecerint, ostendant, nec intra annum proximum, extra santicas causas si fuerit, nec sine studiorum specimine discedant. Qui tales se exhibebunt, iis nos, quoties & ipsi id requisi-
verint vel ne requirentib⁹ quidem illis, ubi se occasiones obtulerint, omnia of-
ficiarum genera commendationes & Promotionem promittimus.

(6) Quod de Collegiis & Academiæ do-
mibus inhabitandis statuit antiquitas,
& Juramento Studiorū inseri voluit,
huic nos in tantum suum relinquimus
robur, ut omnis Studiosus se inhabita-
turum sive Academiæ sive Professorum
aliorum sive Academicorum domos,
nisi ob justas causas per Rectorem secū
fuerit dispensatum, jurejurando pro-
mittat.

(7) Qui

(7) Qui communis mensæ beneficio fru-
untur, iis mandamus, ut Legibus, à Re-
tore & Senatu Academicō Convicto-
ribus ejusdem præscriptis & Dominis
Inspectoribus obedientiam præstent:
quod si quis facere recusaverit, eo ipso,
indignum se esse eo beneficio demon-
strabit.

(8) Quia scimus Reverendum in hac civi-
tate Ministerium, ab omnibus, quos
admissurum est ad Concciones è Cathedra
habendas, quærere num & quos
publicè docentes audiant? cum eodem
egimus, ne porrò quenquam admittat,
qui non documentis certis docuerit,
se, quæ alios docturus est, considendo
ad pedes Doctorum, antè ab iisdem di-
dicisse, & adhuc discere, ac Legibus
Academiarum olim quam nuper pub-
licatis obedire.

(9) Pestes illas Academicarum, Schoristas
qvos nominaverunt, qui Studiosos Ju-
niores,

niores, eosq; cum primis, quos sui dissimiles fore sunt augurati, miris olim modis exagitarunt, omni ære, & quod sæpè miserè comparserant parentes, emunxerunt, prout Edictali Programmate die VII. Martii Anno M. DC. LXII. publicato ex nostra Academia exesse jussim⁹, ita etiam nunc & in perpetuum exesse jubemus. Si vero quosdam deprehenderimus, ignavum hoc pecus licitis & perseveris modis in Programmate & Epitomà legum expressis à nostris præsepibus arcebimus.

(10) Cum autem Nationes nationalesq; Conventus multum ad hæc momenti attulerint, in quibus qui Seniores audi-ri voluerunt, Juniores ad Academiam accedentes, à Jurisdictione, inspectio-ne, disciplina Rectoris & Professorum, ad suæ nequitia Scholam, in qua malitia & ignorantia utramq; paginam fecit, violentissimè pertraxerunt, ad Sympo-sia in

120.

sia in quibus damnis defudascitur, se-
cū abduxerunt, pecuniā emunixerunt,
eosq; ex integris corruptos, ex liberis
servos reddere allaborarunt, unde fa-
ctum, ut hi corrupti, sequenti anno,
quod primo ab aliis pertulerant, vici-
sim post se aliis intulerint, atq; ita mali-
gnam hanc Academiarum pestem pro-
pagaverint, proinde præviā deliberatio-
ne cum aliis Germaniæ Academiis, nu-
per vetus Academiæ statutum quod
per annos superiores in desvetudinem
abiverat, & repetivimus, & hic in solem-
ni formula majorum repetimus, quod
ita sonat: *Matura deliberatione præhabita ex certâ
scientia & evidenti causa ordinavimus & statuimus,
quod in Universitate Rostochiensi non debeant esse Na-
tiones aliqua. Contrarium disponens aut ordinare ten-
tans, hoc ipso sit perjurus & ab Universitate exclusus.*
Huic statuto veteri hoc addim⁹: Trans-
gressores illius pro enormitate delicti
non saltem ab Universitate nostrâ vel in
perpetuum etiam & ad infamiam usq;

B 2

rele.

relegandos: sed & Relegationes per Pro-
graminata typis imprimenda confœde-
ratis Academiis ad parē Executionem.:
Serenissimorum autem aulis, & patriæ
relegatorum ad scientiam delicti pariter
& supplicii deinceps intimandas esse,
atq; ita exclusos in hac nostra, in confœ-
deratis omnibus Academiis exclusū iri.

(ii) Qui inter Studiosos frugi esse volent,
non saltem ipsi lectiones audiendo, de-
clamando, opponendo & disputando
suum officium facient: sed quando Pro-
grammatibus publicis à Rectore Aca-
demiae, aliisve Professoribus affixis, ad
alios disputantes & perorantes audiendos,
ad funerum item deductiones invitantur,
ad imperium Rectoris, cui juramen-
to se parituros, promiserunt, nisi graves
obstiterint causæ, comparebunt. Nec
Programmata, disputationes vel sche-
das,

das, quibus se lecturos Professores significant, injussi refigent.

(12) A nocturnis diurnisq; discursationibus, beluinis clamoribus & boatibus, ab omnibus injuriis, vi vel fraude, verbis vel factis aliorum corpora & famam lalentibus, à seditionis tumultibus, ædiū oppugnationibus, sub poena Carceris vel Relegationis abstineant.

(13) Gladiorum gestationem Majores nostri summopere aversati sunt, læpeq; exempla in gestantes statuerunt. Nec nos eandem probamus; sed monem⁹, ut Juventus Academica discat discriminem inter hanc literariam & sagatam militiam, quo ipso ataxia hæc per se concidet. Interim sciant omnes, gestationem illam, gladiorum, in primis in Auditoriis & Templis, omnibus Cordatis displicere; nec Plumas & Ensēs: sed Pietatem, Modestiam, Eruditionem propria Studio-
rum ornamenta esse.

B 3

(14) Nemo

(14) Nemo ex privata provocatione vel intra mœnia, vel extra Oppidū configitat. Qui alios ad dimicandum provocat, & qui provocatus configit cum provocante, is sciat, se hoc ipso facto in Rellegationis pœnam incurrisse: Quid enim interest (ut Tertulliani verbis utamur) inter provocantem & provocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? tamen uterq; læsi hominis Domino reus est, qui omne nequam & prohibet & damnat.

(15) Qui provocanti hoc præstat servitiū, ut ejus nomine alium provocet, ipsi tanquam iniquitatis administrō mercedem carcerem promittimus.

(16) Si tamen controversia inter Studiosū & Studiosū oritur, nec illa inter ipsos amicè componi potest, ad ordinarium Magistratum Academicū ea deferatur.

(17) Si autē Academiæ membro cum civi hujus Urbis controversia intercedit, quid tum agi debeat, ea de re plurima sunt

sunt hujus Academiæ statuta vetera, quibus suam auctoritatem & vim relin-
quimus inviolatam. Eorum hæc est
sententia: Nullum membrum Univer-
sitatis, cujuscunq; conditionis, stat9, aut
dignitatis, causa exorta etiam qualibet
inter eum, & quempiam hujus Urbis
civem, sive ex Oppido, sive ex Senatus
Rostochiensis territorio sit, adversari-
um suum citet, aut evocari sollicitet, ad
Tribunal aliud, qvam Consulare: salvo
tamen Rectoris & Universitatis privile-
gio, nisi Senatus distulerit ultra duos
Menses Justitiæ administrationem,
Actore invito, quo eveniente coram
Episcopo Sverinensi, Academiæ Can-
cellario agi poterit. Quod statutum
violans, poenam perjurii incurret ipso
statim facto, & causam quam habet
consimiliter amittet.

(18) Si quis in Civitate bombardam displo-
serit, ea privetur, & qui globum noctu-
ejacu-

ejaculatus fuerit, huic Relegationis pœnam denunciamus.

(19) Cauponæ publicæ, in quibus cerevisia aut vinum divenditur, nō sunt destinata Mūsis loca; hæc, ut non frequentetis, id quod sustinetis Studiosorum nomen, vos monet. Nemo etiam in domos ubi nuptiæ celebrantur, non vocatus irrumpat, & ordinem Sacri Nuptialis & chorearum, & tranquillitatem hospitum turbet, qua de re sœpe ad nos querelæ deferuntur. Quare præmonendos cives nostros duximus, sciant Præfecto Carceris mandatum esse, ut, quoscumq; deprehenderit, qui non invitati in Domos Nuptiarum irruunt & tumultus excitant, rectâ in Carcerem abducat.

VI. Castitatem, sine qua nemo DEUM videbit, & verecundiam omniumq; virtutum altricem temperantiam, in omni vita se temini: Occasiones libidinum & intem-

& intemperantiae, item morum, sermonisq; spurcitiem vitate; helluaciones, luxumq; vestium procul habete.

(i) Se verè etiam prohibemus omnes larvatas discursationes sive diurnas sive nocturnas quocunq; anni tempore; Indignum enim est, qui Musarum omniumq; Virtutum sint Cultores, Orgia Bacchi stulta & insana imitari, & omnes graves & honesti homines hanc levitatem & immodestiam, quam etiam Lex Divina prohibet, execrantur.

VII. Propria quisq; in timore Dei & fidei & bonâ conscientiâ tenete, eaq; custodite, nemini res suas furto subtrahite: nec alter alterum defraudate; inopiam, qui eâ laboratis, patienter fert; utq; piis & honestis actionibus laboribusq; paupertatem effugiatis studete: Necludendo aliorum pecuniam aut libros ad vos transferte; si vero feceritis, vos & reddituros

C

turos

turos & præterea de Rectoris sententia
puniendos scitote.

VIII. Quæ Creditoribus & cū primis ho-
spitibus vestris pro victu, habitatione,
lectis debetis, præscripto in Epitomâ
legum tempore fideliter solvite, nec, ni-
si illis debita exsolveritis, hinc disce-
dite; secus facientes, perjuri sunt; dum
id, quod conceptis verbis jurarunt, vio-
lant. Nec nobis rationes deesse scitote,
quibus perfidiam horum, cuivis Magi-
stratui aperire & ad justam satisfactio-
nem hos perfidè fugientes adigere pos-
simus.

(i) Propter Deum & communem humani
generis salutem toto pectore veritatē,
in omnibus doctrinæ, totiusq; vitæ par-
tibus atq; officiis amate, & constanter
amplectimini, ac retinete: erroneas,
damnatasq; opiniones, cujuscunq; sint
generis, calumnias, clandestinas obtre-
ctatio-

ctationes, convitia, vanitatem, perfidiam, dolos, jactantiam, simulationes & dissimulationes, Libellos famosos, velut Diabolum ipsum fugite & execrare: Ac vetus statutum est, eos, qui Famosis libellis, fictis criminibus, Sycophanticis calumniis, innocentum hominum famam & existimationem laedunt, deprehensos, infami Exclusione ex tota Academiæ nostræ Societate ejiciendos esse. Quod sartum tectumq; esse volumus.

IX. & X. Non solū externis factis leges propositas non violate, sed & interiora cordis ad illam conformare, omnesq; dubitationes, securitatem, trepidationes in ærumnis, vitiosas inclinationes & cupiditates antecellentiæ, honorum, opum, vindictæ, quæ fontes sunt omnium externalorum scelerum, reprimere & compescere studete.

C 2

(i) Do-

12

Hæc potissima illa sunt, quæ à
vobis Studiosi Juvenes requiri-
mus. Ab iis, qui honestatem dili-
gunt, qui eruditionis laudem &
præmia aliquando auferre, qui
Studiis suis à Deo benedici & in-
obedientiæ pœnas temporeas &
æternas effugere volent, obedien-
tiam nobis promittimus. Re-
liquos, qui Deum & Magistratum
suum non reverentur, nec nos
impunitos dimittemus, nec illi
summi Judicis vindictam effu-
gient.

(1) Docentes fideliter partes officii sui le-
gendo, disputando, perorando obeant.

(2) Si do-

(2) Si docentim quis, id quod est sui officii, neglexerit, veteris Statuti vigore, cui libet Studiosorum concessum est, Promotori, vel etiam Rectori denunciare, si quem ex Professoribus officium suum prætermittere, raro aut negligenter legere, exercitia disputationum, declamationum & alia non obire, vel malis Exemplis morum Juvantutinocere sciat; Nec nomen denunciantis cuiquam indicari debet.

(3) Cum in omni vita & præcipue in publicis congressibus ordinem honestum servari deceat: Constitutum est, ut in Renunciatione Testimoniorum, seu gradu, & aliis actibus publicis Rector Academiae & Doctores Theologiae, Juris, & artis Medicæ secundum ordinem Facultatum, ad dextram Cathedrae sublimioris, ad sinistram Decanus Collegii Philosophici, & Professores liberalium

C 3 artium

artium consideant, eo ordine quo in
Collegium Professorum singuli recepti
sunt. Professoribus in eâdem serie pro-
ximè assideant Concionatores & Mini-
stri Ecclesiæ. E regione verò, ad Sini-
stram Doctores superiorum Faculta-
tum. Ad dextram Cathedræ Borealis,
Magistri liberalium artium, qui non
sunt Professores, loca habebunt, quæ
singulis tempora promotionum attri-
buent: Baccalaurei verò superiorum
Facultatum, Theologiæ Juris & Medi-
cinæ, vel ad sinistram Cathedræ Boreo-
lis, vel in altero latere post Magistros
Philosophiæ sedebunt.

Tandem singuli Academiæ Cives,
sive illi Docentes sive Discentes sint
juxta cum his quæ jam prælegi audive-
runt, omnia alia observent, quæ evulga-
tis vel impressis etiam statutis Rector &
Conci-

Concilium jam antea imperavit vel imperabit; quæ inter deChoris Musicis in Rectoratibus planè abrogandis: Ad aliòs item fines extra dispensationem Magnifici Rectoris in singularibus casibus planè interdictis: item quæ de sumptuariis antehac publica Rectoris & Reverendi Concilii ordinatione proposita & publicata fuerunt. Omnia illa validaerunt, & indelinquentes juxta dictatas ibidem pñas animadvertisetur.

DEUS nobis omnibus, & oculos det videntes, & aures audiantes: Hoc vovemus!



Constitutum tuu successus iudicium accepit
Iesu Christi duxi iustitiae regis Iudei nomine Iesu
Regalis iste puerus spes sanguinis: Ad salutem
nouorum nunc eternam dilectionem Vobis
pax! Regis iste puerus gaudium et spes christiana pax
nunc eternam: Iesum Christum regem salutis Christi
Iacobaplicis Regalis et Regem et Reuelacionis: Con
clii ordinatio huiusmodi regis apostoli et propheticis
factis: Omnia illa verba dantur ecce in
soliditate huius dicitur pietatis persona
supradictarum.

DEITIS honoris omnibus, & occi
tos depe laudantes, & salutes illas.
discessus hoc locum nisi



1a - g.2 — 6^o - 6^o — 31.

Concilium jam antea imperavit vel i
perabit; quæ inter deChoris Musicis
Rectoratibus planè abrogandis: Ad al
item fines extra dispensationem Mag
fici Rectoris in singularibus casibus pla
interdictis: item quæ de sumptuariis an
hac publica Rectoris & Reverendi Co
ciliī ordinatione proposita & publicata
fuerunt. Omnia illa validaerunt, &
delinquentes juxta dictatas ibidem pæ
animadvertisetur.

DEUS nobis omnibus, & o
los det videntes, & aures au
diantes; Hoc vovemus!

